



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Henrico Comiti Palatino Rheni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

nobis opportuno tempore dante Domino coro-
nando reverentiam & honorem impendas, &
nonobstante juramento &c. in eundem modum ut
*id est, epi. 35. in prima * precedenti usque non servandum, per
te ac tuos potenter & efficaciter intendas ad
exaltationem ipsius, ut & nos pro tua nobili-
tatis honore apud eum intendere meritò debea-
mus. Datum ut suprà.

*In eundem modum scriptum est Comiti Hirzuto.
In eundem modum Comiti de Zuanbur.
In eundem modum Comiti de Salzburg.
In eundem modum Comiti de Neojr.
In eundem modum Comitibus de Spanabim.
In eundem modum Trevirense Archiepiscopo &
suffraganeis ejus.
In eundem modum Salzburghensi Archiepiscopo &
suffraganeis ejus.
In eundem modum Capitulo & suffraganeis Ec-
clesiae Maguntinae.
In eundem modum Magdeburgensi Archiepiscopo &
suffraganeis ejus.
In eundem modum nobili viro Duci Bernardo.
In eundem modum Adulfo Comiti de Lovenbure.
In eundem modum Duci Bavariae.*

**NOBILI VIRO GVARNERO DE
Bolland.**

Epist. 37.

Gaudemus in Domino & in potentia virtutis ipsius, qua tibi & quibusdam aliis amicis & confanguineis tuis misericorditer inspiravit ut ab eo discederes cui nos coronam imperij salva conscientia imponere non possemus, & adhæres illi quem nos intendimus honorare. Sanè cum Romanæ Ecclesiæ dispendium &c. ut in precedenti usque in finem.

In eundem modum Guttifredo de Appelstain.

MAGDEBURGENSI ARCHIEPISCOPO.

Epist. 38.

Licit carissimum in Christo filium nostrum illustrum Regem Ottонem in Romanorum Imperatorem electum sincera diligamus in Domino caritate, & ad honorem intendamus ipsius, Magdeburgensis tamen Ecclesiæ incrementum nihilominus affectamus, & indemnitat ejus paterna volumus sollicitudine providere. Ne igitur promotio ejus eidem Ecclesiæ sit dannosa, & tu metu damni à devotione ipsius & obsequio retrahatis, nos pro eo & fratribus ejus de ipsorum voluntate promittimus quod super possessionibus & honoribus ejus in ipsius præjudicium nihil temerè attentabunt. Quod si forsitan contrarium præsumerent, nos contra eos apostolici favore subsidij Magdeburgensem Ecclesiæ juvaremus. Monemus igitur fraternitatem tuam & exhortamur attenitus & per apostolica tibi scripta præcipiendo mandamus quatenus cùm nos eidem Ecclesiæ taliter providere velimus ut de cetero nobis humiliiter deferas, & devotè eidem Regi fideliter & constanter adhæreas, regalem ei honorificentiam & devotionem impendens. Alioquin ex quo nos eum in Regem recipimus, sicut per alias tibi litteras plenius intimamus, non possemus ei contra illos qui se ipsi opponerent favorem apostolicum denegare, immo cogeremur in eos rigorem ecclesiasticum exercere. Datum &c.

In eundem ferè modum suffraganeis ejus.

*In eundem ferè modum nobili viro Duci Bernardo.
In eundem modum Adulfo Comiti de Lovenbure.
In eundem modum Duci Bavariae.*

COLONIENSI ARCHIEPISCOPO.

Epist. 39.

Gaudere debes in Domino & nobis & Ecclesiarum quod tuum & Coloniensis Ecclesiæ judicium commendantes, reprobare quod reprobatis & quod approbatis curavimus approbare. Ecce etenim cùm duobus favere ad obtinendum imperium non possimus, & cùm non tam persona in imperio quam in persona debeat provideri, sitque reputandus ad hoc dignior qui magis idoneus repertitur, persona nobilis viri Philippi Ducis Sueviae propter impedimenta patentia reprobata, carissimum in Christo filium nostrum Ottонem in Regem recipimus, & regalem ei præcipimus ab omnibus obedientiam exhiberi. Monemus igitur fraternitatem tuam & exhortamur in Domino & per apostolica tibi scripta præcipiendo mandamus quatenus sicut hactenus, immo fortius quam hactenus in ejus de cetero dilectione ac devotione persistas, & ad honorem & profectum ipsius per te ac tuos efficaciter & potenter intendas, & quoscunque potes ad favorem ejus & fidelitatem inducas. Cùm enim gratum nobis fuerit & acceptum si quid auxilij ac favoris ei hactenus est impensum, de cetero grave nobis existaret & molestum si quis se ipsi duceret opponendum, cùm imperij Romani nolimus ulterius sustinere jaeturam, cuius ei disponuiimus conferre coronam. Datum.

In eundem ferè modum suffraganeis Coloniensis Ecclesiæ.

NOBILI VIRO DVCI BRABANTIAE.

Epist. 40.

Gaudere debes in Domino &c. usque gratiarum, quod tuam & aliorum Principum carissimo in Christo filio nostro illustri Regi Ottoni in Romanorum Imperatorem electo faventium discretionem & industriam commendantes, reprobare quod reprobatis &c. usque in finem.

*In eundem modum Comiti Flandriae, Duci de Limburg, Comiti Hollandie, Comiti de Sen & fratri ejus, Comiti de Aare, Comiti de Hostade, Comiti de Bergh, Comiti de Arnebergh, Comiti de Arnberg, Comiti de Therenebrgh, Comiti de Vvolpia, Comiti de Everstan, ita quod unicuique seorsim.
In eundem modum Comitibus in Saxonia constitutis.
In eundem modum Comitibus in Brunsvicch.*

**HENRICO COMITI PALATINO
Rheni.**

Epist. 41.

Gaudere debes in Domino & in actionibus nobis assurgere gratiarum quod is cuius imperij non est finis, per nos, licet indignos, vicarios suos genus tuum exaltare disponuit, & de fructu ventris illustris memorie Henrici Ducis Saxoniae patris tui super sedem imperij stabilire. Quantum autem id ad gloriam tui nominis spectet & honoris tui pertineat incrementum satis intelligit tua nobilitas per se ipsam, cùm excepto nomine imperatoriae dignitatis, cetera tibi & carissimo in Christo filio nostro illustri Regi Ottoni in Romanorum Imperatorem

rātōrem electō, quem nos in Regem recepimus, & regalem ei praecepimus honorificentiam exhiberi, communia sint futura. Cūm igitur negotiū ejus propriè proprium debeat reputare, nobilitatem tuam monemus & exhortamur in Domino & per apostolica tibi scripta mandamus quatenus ad honorem & exaltationem ejus, immo tuam in eo, viriliter & potenter intendas & ita promotionē ejus studeas procurare quod idem Rex expertus in te fraternalis devotionis affectum, fratrem se tibi debeat in omnibus in quibus cum eo Dominus misericordiam fecit exhibere. Sanē cūm haec tenus, dum adhuc negotiū ejus esset finis incertus, viriliter pro eo sterteris & cum eo, tanto cetero ei fortius assistere ac favere teneris quanto de incremento ejus certior es effectus. Sic igitur nos in eo & ipsum in nobis studeas devotē ac efficaciter honorare sicut à nobis & ipso in tuis desiderias desiderabilibus exaudiri. Datum.

PATERA RCHA AQVILEGENSI.

Epist. 42. **G**ratum gerimus & acceptum quod, sicut dilectus filius noster Gregorius tituli sancti Vitalis Presbyter Cardinalis nobis exposuit, super factō imperij nolivisti haec tenus in partem alteram declinare, sed super eo dispuissili potius acquiescere consiliis nostris & monitis obedire, quod & tu prius nobis per tuas litteras intimaras. Super quo fraternitatem tuam dignis in Domino laudibus commendamus & prosequimur actionibus gratiarum, cūrā id certum nobis sit tua devotionis indicium & sinceritatis evidens argumentum. Sanē cūm Ecclesia Romanae dispendium &c.

DVCI ZARINGIAE.

Epist. 43. **M**eminimus nos olim tuę nobilitatis litteras recepisse, quibus nos monebas humiliter & efficaciter inducebas ne nobili viro Philippo Duci Sueviae super factō imperij praefatorem assensum, cūm genus ipsius tam Ecclesiam quam Principes multipliciter fuerit persecutum. Nos autem ex iis intelleximus mentem tuam, videlicet quod et si favere forsitan, tum propter ejus potentiam, tum propter vicinitatem & alias circumstantias, videris, ipsi tamen animo non favebas. Cūm ergo nos, quia duobus ad imperium obtainendum favere non possumus, nec est tam persona in imperio quam imperio in persona providendum, quia etiam ad hoc dignior reputatur qui magis idoneus reperitur, personam praedicti Duci quoad imperium, praefertim hoc tempore, obtainendum penitus propter impedimenta patentia quae per litteras generales exprimimus reprobamus, sicut uero per tuas nos litteras monuisti, sic nobilitatem tuam rogamus, monemus, & exhortamur, & per apostolica scripta mandamus quatenus non obstante juramento, si quod eidem Duci ratione regni forsitan praestitisti, cūm nos illud, eo reprobato, decreverimus non servandum, de cetero carissimo in Christo filio nostro illustri Regi Ottoni in Romanorum Imperatorem electo & à nobis opportuno tempore dante Domino coronando fideliter & constanter adhæreas, & partem ejus viriliter & potenter stu-

Tom. I.

deas conforere; ita quod devotionem tuam possimus in Domino commendare, & ad honorem & profectum tuum & tuorum apud ipsum intendere meritò debeamus. Sanē si aliter, quod non credimus, ageres, videris scripsisse nobis aliud quam sentires, & sic illudere voluisse; propter quod contemptum nostrum non possemus sub dissimulatione transfire. Datum.

DVCI BOMEIAE.

Epist. 44. **E**t si commendabilis in eo videaris quod ad honoris & dignitatis tuę profectum & angustum intendis, reprehensibilis tamen apparet ex eo quod ab eo imponi tibi petisti regium diadema, qui nondum legitimè dignitatem regiam est adeptus. Qualiter enim posset nobilis vir Philippus Dux Sueviae conferre alij quod nondum ipse accepit, cūm non colligantur de spinis uvæ nec de tribulis fucus, nec sit facile fugere mel de petra vel oleum de faxo durissimo, tua nobilis satis intelligit per se ipsam. Licet autem quia duobus &c. in eundem modum ut in precedentibus usque reprobemus, volentes tamen honori tuo follicitudine paterna consulere, nobilitatem tuam monemus & exhortamur attentiū & per apostolica tibi scripta mandamus ut carissimo in Christo filio nostro illustri Regi Ottoni in Romanorum Imperatorem electo & à nobis opportuno tempore dante Domino coronando fideliter & constanter adhæreas, & ab ipso imponi tibi postules regium diadema. Cūm autem apostolica sedes post fundamentum illud de quo inquit Apostolus, *fundamentum possum est præter quod aliud ponere non possem, quod est Christus Iesus*, fundamentum totius Christianitatis existat, iuxta illud evangelij, *Tu es Petrus*, & super hanc petram adiutorio Ecclesiam meam, nos, qui, licet insufficientibus meritis, ad ejus sumus regimen evocati, procurabimus ex collata nobis plenitudine potestatis ut quod factum fuit eriam posterorum tuorum temporibus obtineat firmatatem; eundemque Regem per venerabilem fratrem nostrum Episcopum Prænestinum apostolica sedis Legatum, virum scientia præditum, conspicuum honestate, religione laudandum, quem inter ceteros fratres nostros specialis dilectionis brachii amplexamur, & dilectum filium magistrum Philippum Notarium nostrum, virum providum & dilectum, nobis & fratribus nostris acceptum, duximus commendum ut se tibi facilem & benevolum studeat exhibere, quod ex quanta benignitate procedat, industria tuae relinquimus discernendum. Datum ut supra.

Vide Dubras vium lib. 15.

ARGENTINENSI EPISCOPO.

Epist. 45. **C**erto jampridem experimento didicimus quod et si nobili viro Philippo Duci Sueviae quadam quasi necessitate coactus favere forsitan videaris, carissimo tamen in Christo filio nostro illustri Regi Ottoni in Romanorum Imperatorem electo & à nobis opportuno tempore dante Domino coronando interius mente faves, utpote cui te adhæsisce ab initio & fidelitatis juramentum intelleximus praestitisse. Quia verò necessitate cessante cessare debet patiter quod urgebat, fraternitatem tuam per

XXX